



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

XLVII. Sacræ Congregationis Indicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

Memoriale idiomate Hispano Cardinali Infanti Hispan. Incipiens *Serenissimo Sennor,*
& finiens. *Como es V. Cathol. Real. A.*

Libellus, cui titulus, Humilis, & supplex Querimonia Iacobi Zegers Typogr. Louan.
adversus Libellum R. P. S. I. Regiæ Capellæ Bruxell. Concionatoris, & Thef. PP. So-
cietatis. Louanij, apud Iacobum Zegers anno 1641. primæ, secundæ, & tertie editionis. Pri-
uolam Iansenianam, &c. contra Theses Theologicas, & libellum supplicem, &c. eius-
dem de eodem tela ingesta & regeſta.

Theses Theologicæ Apologetica, & Miscellaneæ adversus doctrinam Cornelij Ian-
senij, &c. sub prætextu querimonie Typographi Louanienſis, editionis secundæ, &c.
Antuerpiæ, apud Ioannem Meursium, anno 1641.

Libellus cui titulus Augustini Hypponenſis, & Augustini Ipreſis De Deo omnes sal-
uare volente, &c. Homologia, &c. Louanij, apud Iacobum Zegers, anno 1641.

Epistola Liberti Fromundi, &c. & Henrici Caleni Louanij 16. Iunii 1641. R. P. So-
ciet. Iesu Louan. incipiens *Theses vestras.*

Epistola Professorum S. Thomæ Coll. Societ. Iesu Louan. Liberto Fromundo, & Hen-
rico Caleno incipiens *Gratias agimus, &c.*

Epistola, cui titulus, Petrus Buerus Doctoribus Iansenianis, &c. Ad Rem &c. inci-
piens *Ad Rem, Amici.*

Somnium Hipponenſe, siue de Controversijs, &c. Relatore PHILETYMO S. T.
Baccal Formato. Parisijs, anno 1641.

Insuper omnes alij libri, Opuscula, Epistolæ, Orationes, Theses, &c. aliaque omnia,
tam edita hucusque quam imprimenda tam contra, quam pro Cornelio Iansenio, ac
Patribus Iesuitis.

Io. Antonius Thomæſius S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Not.

XLVII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indicis præcipit omnibus, & singulis cuiuscumque gradus, &
conditionis sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, cassari in Bre-
uiario Romano illa verba, quæ leguntur in Lectionibus Sanctæ Catharinæ Senensis:
Ex Benincasia una cum Burghesia familia ex eodem Stipite Proveniente: & non nisi delectis
dictis verbis in iam impressis ipsas legi ac retineri, prohibendo pariter ne in posterum
villo modo dicta verba apponantur, quotiescunque huiusmodi Lectiones de nouo im-
primi contigerit, iuxta Decretum S. Congregationis Sacrorum Rituum emanatum
die 28. Septembris 1641.

In quorum fidem Manu, & Sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. DD. Cardinalis Cae-
tani præſens Decretum signatum, & munitum fuit. *Rome, die 22. Ianuarij 1642.*

Aloys. Card. Caetanus.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Præd. Secretarius.

XLVIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indicis infraſcriptos Libros ut damnatos, ac prohibitos publicari censuit,
ſicut præſenti Decreto eos damnat, ac prohibet: Mandans omnibus, & singulis cuiuscumque
gradus, & conditionis sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne ullus in posterum

h h 2 eos